UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 13. An conservatores salarium exigere possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO DUODECIMA.

Quid ſi ſint plures conſervatores, an injuriatus implorare poſſit officium ejus, qui remotior eſt à domicilio injuriantis.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator qui remotior eſt à domicilio partium, non poteſt adiri.*
2. *Mens Pontificis eſt ne partes ſumptibus graventur.*
3. *Mens in privilegiis prævalet ſcriptura.*
4. *Culpa eſt facere id quod alteri nocet, & ſibi non prodeſt.*

MInimè. *Io. Andr. in add. Spec. de officio delegati* §. *ſequitur num.* 1. *ſuper verb.* 1
Sednunquid. Emanuel Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 65. *art.* 8. *Peckius de*
jure ſiſtendi cap. 2. *num.* 6. Tum quod ea mens videatur fuiſſe Pontificis, ne 2
damnum proximo inferatur ſine cauſa. *cap. cum paratus* 24. *quæſt.* 1. *cap. cauſam de Re-*
ſcriptis, cap. ex parte 2. *de officio deleg. cap. quamvis de in jus vocando, l. ſi quando C de in-*
offic. teſt. uti adhuc ſupra oſtendi, §. 14. *Scholio* 194. mens autem in privilegiis ſem- 3
per præpollet ſcripturæ, *ca. in his ubi gloſſ. de privileg. cap. intelligentia, c. præterea de*
verb. ſig. & ſcripſi infra quæſt. 106. Tum aliis rationibus, quas attuli in d. tractatu *lib.* 4
quæſt. 87 è quibus hanc depromo, in culpa doloque verſari eum qui id facit quod ſi-
bi non prodeſt & alteri nocet. *Menoch. libr.* 1. *præſ.* 4. *num.* 97. Reſtringo tamen 4
hanc theoriam niſi conſervator qui utrique parti magis eſt ad manum ſit impetranti
ſuſpectus, nolitq; ſubdelegare, tunc enim eo poſtpoſito licet adire remotiorem etiam;
cum diſpendio partis alterius, ordinata enim charitas incipit à ſe ipſo, *can. qui vult*
de pœnit. diſt. 3. *l. præſes C. de ſerv. & aqua.*

QUÆSTIO DECIMA TERTIA.

An Conſervatores ſalarium exigere poſſint.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator non exigit ſalarium, ſed expenſas quas extra domicilium facit, idque niſi obſtet conſuetudo.*
2. *Munera non poteſt accipere.*

3. *Eſculenta & poculenta recipi poſſunt, quæ tribus dietus conſumi poſſunt.*
4. *Abſtinendum à xeniis & muneribus.*
5. *Merces conſervatorum eſt participati in bonis operibus ordinis cujus ſunt conſervatores.*

1 RESpondetur non poſſe, *cap. cum ab omni de vita & honeſt. cler. d.* §. *inſuper & d.*
cap. fin. §. *circa munera de offic. del. in 6.* Expenſas tamen quas extra domicilium
facere cogitur exiget. *cap. d. cum ab omni,* in quibus non tenebitur deducere eas,
quas domi eſſet facturus. *gloſſ. d.* §. *inſuper verb. moderatas,* licet aliud in ordinario
obtineat. § *illud autem auth. de mandat principum,* id quod cum mica hac ſalis eſt in-
telligendum, niſi obſtet conſuetudo, nam tunc poterit exigere ſportulas moderatas,
Veſtrius in praxi Romana lib. 7. cap. 1. num 13. *Card. Clem.* ; *ſtatutum de elect. Iaſon.* §.
Tripti num. 46. *inſtit. de act.* Quæ librandæ & juſta trutinæ penſandæ ſunt ex cauſæ
qualitate ac loci conſuetudine. *gloſſ. d.* §. *aſſeſſorem arg. l.* 1. §. *in honorariis ff. de variis*
& extraord.

Porro munera accipere nullo modo poſſunt, quæ ſi accipiant, reſtitutioni ſunt ob-
2 noxii, uti ex profeſſo tractat Navarrus *de datis & promiſſis pro inſtit. vel gratia.* facta e-
nim ſcriptura munerum corruptelam deteſtatur *Eccleſ. cap.* 20. *verſ.* 30. *cap.* 40. *verſ.*
14. *Deuter.* 16. Sed & ethnicorum ſcholæ, quibus non incognita adagia: Bovem habe-
re in lingua, Haſtis argenteis pugnare, Argentaginem pati, de quibus Eraſmus in chili-
ad. Aulus Gellius, *lib. noct. att.* 9. *c.* 9. & 10. Imo & Poetæ.

Munera crede mihi excæcant homineſque Deoſque;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis
Quid faciet ſapiens, ſtultus quoque munere gaudet
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.

Exciunt tamen Doctores noſtri eſculenta & poculenta quæ pauculis diebus conſumi
3 poſſunt. *d. cap. ſtatutum* §. *inſuper de reſcript. in 6. l. plebis cito ff. de offic. præſidis, l. ſolent*
§. *non vero in totum ff. de offic proconſ.* atque id quidem non indiſtincte ſed cum mica
ſalis Imperatorum Seneri & Antonii. *in l. ſolent de offic. proconſ.*

Neque omnino, neque ſemper, neque ab omnibus
Sed quot diebus ejuſmodi eſculenta circumſcribemus.

Doctores iidem circumſcribunt tribus diebus conſumenda. *Menoch. de arb. jud. ca-*
ſu 517. *num.* 9. *Farinac. in pract. crim. quæſt.* 111. *art.* 10. *nu.* 260. *Greg.* 13. *in ſua conſtit.*
alii judicantis arbitrio & conſcientiæ timoratæ relinquunt, qui id ex dignitate conſer-
vatoris ejuſque familiæ trutinabit. *Spec. de Salar. jud. num.* 5. *Farin. d. art.* 10. *nu.* 258.
l. pen. C. de fabricenſ. lib. 11. *cap. licet de privileg. in 6.*

Ego vero cenſuerim xeniis planè abſtinendum. Nam beneficium accipere,
4 libertatem eſt vendere inquit Publius. Deinde prudens & ariſtachus judex faci-
le circumſpicit niſi talpa ſit cœcior, non alio fine xeniis ſe peti, quàm ut demul-

cea-

ecatur, cenſeturque juxta illud Poetæ:

Munera crede mihi miſit, ſed miſit in hamo,
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.

Item.

Cum me captabas, mittebas xenia nobis,
Jam cum cœpiſti mittis amare nihil.
Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
De cavea fugiat ne male pactus aper.

Conſiderareque debent Conſervatores, pro juſtitiæ mercede repoſitam eſſe mercedem & proemium in cœlis. Idque maximè Conſervatoribus Regularium, qui loco retributionis omnibus privilegiis & gratiis ſpiritualibus conceſſis ordinibus quorum ſunt Conſervatores, perfruuntur, eiſque bonorum merita quæ in Ordine fiunt, etiam communicantur, quibus etiam ſemel in vita & in morte plenaria omnium peccatorum indulgentia conceditur, cum facultate conſequendi omnes & ſingulas indulgentias peccatorumque remiſſionis diebus ſtationum Eccleſias urbis & extra muros viſitantibus conceſſas, recitando quinquies orationem Dominicam cum Angelica ſalutatione, veluti privilegio Julii cautum eſſe refert Joannes Baptiſta Confettius *de Privilegiis Ordinum mendicantium & non mendicantium part.2.tit.4.cap.9.in fine fol,355.* 5

QUÆSTIO DECIMA QUARTA.

Aſſeſſores Conſervatorum an ſalaria exigere poterunt.

SUMMARIUM.

1. *Aſſeſſores Conſervatorum exigunt ſalaria.*
2. *Salarium unde dicatur.*
3. *Sportulæ qualiter ſunt metiendæ.*

POterunt. *Specul.lib.1.tit. de Aſſeſſoris. §. de ſalario Aſſeſſores. DD.præcedente quæſtione citati*, ſalarium enim ſecundùm Plinium, *lib.3.hiſtor.Natur.* dicitur à ſale, ſine quo ſicut nemo hanc vitam rectè traducit, ita neque nemo commodè ſine ſalario. Nam quod Principibus eſt aurum coronarium, Medicis Jatrea, præceptoribus didalcalia, Artificibus epihera, beneficis chariſteria, hoc aſſeſſoribus eſt ſalarium ſportularum *Alciat. l. inter domum ff. de verb. ſignificat.* 1 2

Porrò ſportulæ, de quarum varia ſignificatione varia adfert Cuiacius *in paratit.* 3